Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.iij.

que non potest in aliquo nisi una virtus et
vel eius libri. Naturalis ad opposita non existit
sed tantum ad alteram partem contradictionis. Bole
rinales se ad opposita habent ut philosophus docet
Unde cum solis sit illuminativa nullo modo loquendo per
se per eius est obscurare. Et sic est in omnibus invenire
Quid igitur est quod cum calamitate sit ferrum attrahere
In Ethiopia tamen est calamita que non solum ferrum at-
trahit sed a se abicit et repellit ymo quod maius
eadem calamita quandoque in uno angulo ferrum trahit
et in altero angulo a se repellit. Item cum tam cala-
mite quam adamantis sit ferrum trahere et forcius at-
trahant duo attractiva quam unum propter concursum duarum
virtutum in unum quid est quod adamas si iuxta mag-
netem ponatur cum debet esse virtutis consiliis sibi
fortificativa. Sic si una stella sit virtutis eiusdem
fortificat aliam si illi fiunt in una coniuncta. Et
unus equus alium cui iungitur fortificat in quadru-
ga non solum virtutem ipsius non adiuvat sed ener-
vat sed enervat cogens eam ne ferrum attrahat
et quod est maius quod iam attractum dimittat. Item
ut iam tactum est et nullus ignorat cum aqua ignem
extinguat oleum vero foveat et incendat quid
est quod gagathes lapis qui preciosus dicitur quamvis sit
valde turpis si ponatur in aqua accenditur sed
accensus si in eo ponatur extinguitur. Item est
alter lapis qui chiatorii dicitur qui est pallidus lu-
cens ut berillus qui ad responsa a demonibus op-
tinenda dicitur esse aptus. Excitat enim demones et
fantasmata. De quo dicitur quod si mortuo applicetur
solitas perdit vires quare quem mors sternit abhor-
ret. Sed ex una ita tamen omnis virtus corporea qualis est
virtus lapidea sit quasi nulla spirituali virtuti de-
monis comparata. Omne enim agens ut philosophus docet
est prestancius paciente. Ergo si omne spirituale est presta-
cius corporali quomodo virtus petre potest demones excitare